



## **Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis**

In Quatuor Partes Distributæ

In qua de Incarnatione Verbi & Mysteriis vitæ Christi, nec non de  
Sacramentis in genere & singulis in specie succinctè & dilucidè tractatur

**Herincx, Wilhelm**

**Antverpiae, 1675**

Qu. II. Qualiter Satisfactio à Confessario imposita sit acceptanda &  
implenda à pœnitente.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72963](#)

## QUESTIO II.

*Qualiter Satisfactione à Confessario imposta sit acceptanda & implenda à pénitente?*

13.  
*Tenetur pénitens pénitentiam congruam acceptare.*

Dico I. Obligatur Pénitens ad acceptandam pénitentiam congruam & discretam. Ita plerique Theologi & Recentiores ferunt omnes, contra Gabrielem & alios. Probatur I. quia Christus Ioh. 20. dedit Sacerdotibus judicariam potestatem ligandi: quam potestatem etiam referri ad injungendam pénitentiam, & eatenus in Sacerdotibus residere, docet Tridentinum cap. 8. & can. 15. Ergo tenetur pénitens illam acceptare: nam potestati praependi & ligandi correspondet obligatio acceptandi & implendi.

Probatur II. ex communi usu & sensu non tantum Confessorum, sed etiam pénitentium, qui non dubitant, quin à Confessariis possint adstringi ad suscipiendam & exequendam pénitentiam. Confessarii bene visam, quando non existimant se habere legitimam excusationem. Huc accedit natura judicii: nam qui judicio aliquis subditur, debet parere sententiae in eo latet. Accedit etiam, quod juxta Tridentinum sup. cap. 5. pénitens debeat integrè confiteri, etiam in ordine ad hoc, ut Confessarius ei imponat congruam penam, ergo similiter pénitens debet illam susciper. Denique cum satisfactio tamquam pars integralis debeat à Sacerdote imponi, consequenter debet eatenus à pénitente acceptari.

14.  
*Occurruntur tacitè objec-  
tiōnibus.*

Verum quidem est posse pénitentem etiam satisfacere per alia bona opera, nec per se obligari ad satisfaciendum in hac vita pro pena alioquin debita in purgatorio: ex susceptione tamen hujus Sacramenti obligatur susciper & exequi penam in eo injunctam: cum is qui judicio subjicitur teneatur sese sententiae judicis conformare. Est quidem hoc judicium voluntarium peccatori, ut accedat ad unum aut alium Sacerdotem, sed necessarium est, ut accedat ad aliquem, & ita ad si natus erit ei liberum, si nolit acceptare. Tamen ab uno injunctam, querere alium, sed tamen ab aliquo pénitentiam acceptare tenebitur, ut absolvatur.

15.  
*Conclusioni non contra-  
riatur Scotus: cuius  
mens declaratur.*

Nec adversatur Scotus d. 19. num. 27. & alibi, et si ordinariè in contrarium citetur: non enim docet Sacerdotem non posse pénitentem adstringere ad acceptandam pénitentiam, aut obligari ex iustitia ad pénitentem tali casu absolvendum, sed charitati esse conformius, ut absolvat pénitentem, qui ex nimia animi fragilitate & difficultatis apprehensione nollet ullam pénitentiam peccato condignam acceptare.

De qua expresse loquitur supra, & in Reportatis Edit. Coloni. ibidem n. 14. Prout fuius expendit Bosco de Sacram. Penit. scđt. 13. Concl. 9. ad quem studendo brevitatè Lectorem remitto. Et allegat diff. 15. q. 1. n. 14. illud Ioh. 42. (quod ac Christo recitatur Math. 12.) arcedinem quasdam non confringere, & lumen sumigans non extinguer. Idque Scottus reatè docet: cùm etiam juxta alios sit in arbitrio Sacerdotis, attentà fragilitate pénitentis, aliisque circumstantijs, inungere levissimam pénitentiam pro gravioribus peccatis. Non suadet tamen, expresse saltem, in simili casu imp̄nī aliquam, licet levissimam pénitentiam: sive quia consuetudo ista tunc forte non omnino obtinuerat, sive quia levissima pénitentia respectu graviorum peccatorum est moraliter nulla.

Dico II. Satisfactionem legitimè impositam & acceptatam tenetur pénitens implere sub mortali, si materia sit gravis.

I omnes Theologi, exceptò ferū Cajetani, patet à fortiori ex dictis Concl. p̄p. Confirmatur: quia legitimò præcepto, quale hīc est, debet parere subditus sub gravi Oligocone, si materia sit gravis. Quod addo: quia sic in aliis præceptis, sic etiam in hoc excusat materia levitas à mortali; ut si v.g. pénitens omittat tres aut quatuor rationes Dominicās, sive pénitentia fitortalis, sive partialis.

Petet, An pénitentia gravis imposta pro culpis levibus vel alijs confessis etiam obliget sub mortali? Resp. probabilitè quod sic: quia etiam tunc velum subdit præceptum, & adebet materia sufficiens. Op̄positum tamen est etiam valde probabile, & leviter fortè probabilius; quod docet Suarez cum pluribus alijs: nam gravitas præcepti seu obligationis non est præcisè attendenda ex ipsa materia pénitentia secundum se, sed simul ex radice obligationis seu præcepti, ultra quam non censetur potestas judicis se extendere; quae radix seu causa cum sit levitas, scilicet culpa venialis quā non necessariè confitenda, & propterea nunquam sit gravis obligatio acceptandi, nec esse videtur gravis obligatio adimplendi. Quare pénitentia alioquin gravis censetur in talibus circumstantijs levius materia præcepti, quia scilicet imponitur & spectatur tamquam pena materiæ, quæ in hoc tribunali est levius. Et indubie sic potuisset potestas judicis in hoc tribunali à Christo fuisse restricta, idque vasde congreue: adeoque sic factum esse censeri potius debet, quam alter (quod usque non constat de contrario) quod faceret ac oneris augmentum in hoc foro, potius facilitando, quantum fieri potest, quam aggravando. Estque à fortiori id verum, quando Confessarius materiam hujusmodi intenderet solum imponere sub levi obligatione: cùm instar legislatoris possit materiam alioquin gravem leviter præcepit.

præcipere: quidquid Nonnulli id in dubium vocare aut negare voluerint.

DICO III. Poenitens obligatur poenitentiam à Confessario injunctam implere per se ipsum. Est communis doctrina, quam approbat Alexander VII. reprobando ad minus tamquam scandalosum: *Poenitens propria auctoritate substituere sibi aliud potest, qui lo- ipius poenitentiam adin- struit. Unde inter poenitentis actus recentes sentimus in Decreto de Armenis, satisfactionem pro peccatis secundum arbitrium Sacerdotis. Et Tridentinum sess. 14. c. 3. enumerat satisfactionem inter ipsius poenitentia- nis actus. Et consonat ratio seu scopus ipsius satisfactionis seu poenitentiae, apud Trid. sup. c. 8. que ipsi proinde confitenti injungitur. Itaque probatur: nam obligatio ista est personalis, quatenus poenitens tamquam reus ita castigetur pro peccatis admissis. Excipe, quando Confessarius aliud expri- mit, aut quando poenitentia consistit in o- peribus, quæ per alium tamquam merum instrumentum eadem bonitate fieri pos- sunt, v.g. datio elemosynæ; nisi & hanc Confessarius vellet ob justam causam im- mediate erogari ab ipso poenitente. Adiuc tamen manet dubium, ac inter Doctores utrumque controversum, an dum *auctoritate Sacerdotis* (quam expresse prærequisitum est. Bonav. d. 20. p. 2. 4. l. 9. 1. in Corp.) quamvis interdum in contrarium citetur) poenitentia v.g. jejunium, auditio missæ &c. etiam per alium fieri potest, hæc ipsa habeat alium ef- fectum, quā ex opere operantis, instar caterarum satisfactionum, quæ sunt pro aliis, adeo que effectus Sacramentalis solum respondeat molestia sive operæ, qua pro- curari debet subtilitus; ut varii censem: an vero etiam ipsum opus substituti in se habeat effectum Sacramentalem respectu confitentis; prout alii censem. De quo non extat revelatio aperta voluntatis Christi, à qua res ista pendet: quamvis priori tentiæ favere videatur Doctrina Con- ciliorum, requirentium satisfactionem qua- si propriæ actionis poenitentis ipsius.*

DICO IV. Poenitens excusat à peni- tencia, si sit illi facta impossibilis ratione paupertatis, infirmitatis &c. Secundò si ob gravitatem sit injusta. Tertiò si non pos- test eam implere sine infamia. Quarto si sciat confessionem non suissimam, validam. Quintò si poenitentia sit oblitus, sive cul- pabiliter, sive inculpabiliter. Neque tunc debet repeti prior confessio, ut Quidam si- nce fundamento dixerunt; sed peccatum dumtaxat oblivionis, si fuerit ipsa culpa- bilis, est in proxima confessione aperien- dum; ut communiter alii Doctores tradunt. Unde obliuione suppositi, poenitens sit li- ber ab obligatione implendi, ut ab obli- gatione aliorum præceptorum, quæ ob igno- rantium aut aliam causam non potest seruire. Nullo verò jure præscripta est o-

bligatio ob hoc iterum confitendi peccata semel rite confessæ & absoluta, aut alii quid faciendi loco poenitentiae oblitæ. Sed ad summum erit obligatio, ut si oblivio acce- dat tempore, quo Sacerdos fortasse recordetur poenitentia quam injunxit, teneatur poenitens ad eum redire, & interrogare. Quod si nec Sacerdos recordetur, non o- portet, ut alia imponatur: immo nec impo- ni potest, quæ sit propriæ sacramentalis, si amplius non duret moraliter prius judici- um. Hoc tamen mora alter adhuc durante (in quo tempore deter inando mirè va- riant Auctores) si Sacerdos imponat novam poenitentiam, deberet illam poenitens im- plere. Immo dubitari possit, an non tene- retur tali casu, ad perficiendum Sacra- mentum, novam petere; ut teneretur petere primam, si Sacerdos esset oblitus aliquam imponere.

### Q U A E S T I O III.

#### *De Effectu Satisfactionis Sacra- mentalis.*

DICO I. Satisfactione sacramentalis tol- 20. lit aliquid poenæ ex opere operato. *Satisfac-* Ita passim Doctores. Probatur: quia sicut *sacra-* *mentum integrum*, ita quælibet ejus *talis* dele- pars debet habere vim efficiendi ex opere *pœnam tem- poralem ex opere operato*, id, ad quod directè est instituta: atqui satisfactione sacramentalis est instituta *ratio*, ad delendas poenas, ut constat ex *Tridentino* sess. 14. c. 3. & communi sensu Fidelium: ergo &c. Confirmatur: quia cetera Sacra- menta & Sacramentorum partes habent hos proprios effectus ex opere operato, & specialiter ipsa absolution in praesenti Sacra- mento sic habet pro effectu remissionem peccati quoad reatum culpæ: ergo similiter satisfactione habet suum proprium effectum (qui est *juxta Tridentinum supra*, plena & per- fecta etiam quoad reatum poenæ remissio peccati, ex opere operato).

Debet autem pœnam cum proportione à 21. Deo taxata, nebisque ignota; eo equidem *lævia qua- majorum*, quo ipsa est in ratione satisfactio- *lem propor- rii operis* (in quo specialiter consideratur *sionem id* penalitas) major, & serventiùs, ac meliori dispositione adimpletur: quemadmodum formæ seu causæ naturales, ipsaque Sacra- menta operantur alios suos effectus cum proportione ad dispositionem illius, cui ef- fectus est applicandus, vel qui illum inse- operatur.

Quia verò satisfactione sacramentalis 22. etiam est instituta ad facilius cavenda in *Incertum*, posterum peccata, existimat Suarez per eam *an conferas* opportuno tempore conferri gratias præ- *gratias pra- venientes*, quibus poenitens juvetur ad pec- cata vitanda. Quod esto sit probabile, quando saltem poenitentia non solum est *facta*